

nobis incomodi. expulsemus. vlescamurque eos. qui  
nocere nobis conati sunt. tantaque pena afficiamus.  
quanti equitas humanitasque patitur. Quibus autem rationibus  
hanc facultatem assequi possumus. ut hominum studia  
delectamur. eaque teneamus. dicemus. Neque ista  
multo post. sed pauca ante dicenda sunt.

*De vi ac magnitudine fortune.*

**Q**uam vim esse in fortuna. in utramque partem. vel  
secundas ad res. vel aduersas. quis ignorat?  
Nam et cum prospero flatu eius utramur. adoptatos exis-  
tus puehimur. et cum reflauit affligimur. Nec igitur  
ipsa fortuna. ceteros casus rariores habet. primum ab  
inanimatis. procellas. tempestates. naufragia. ruinas.  
incendia. Deinde a bestis. ictus. morsus. impetus.  
Nec igitur ut dixi rariores. At vero interitus exerci-  
tuum. ut proxime trium. sepe multorum clades imperatorum.  
ut nup summi ac singularis viri. Inuidie propterea multo-  
rum. atque ob eas bene meritorum sepe civium expul-  
siones. calamitates. fuge. Rursusque sedes res. honores.  
imperia. victoriae. quamquam fortuita sunt. in sine ho-  
minum operibus et studiis. neutram in partem effici possunt.

*Modo quali nias ad utilitates homines alliciantur.*

**H**oc igitur cognitio. dicendum est quo nam modo  
hominum studia ad utilitates nias allicere. atque  
excitare possimus. Que si longior fuerit. oratio cum  
magnitudine utilitatis spectetur. Ita fortasse etiam  
breuior videbitur. Quae cum igitur homines homini retri-  
buunt. ad eum agendum. atque honestandum. aut temuloletie

Cic. D. offic.

1465. Mag.

fol. 36.